Guilelmus <Avernus>: De fide et legibus

[Augsburg: Günther Zainer], [ca. 1476] Seite 93



sicut adhuc vides ꝙ primitiuis fructibꝫ honorantur. Et ꝑma
etiam membra. id ē capita ferarum que venatione capiuntur
eisdem pn̄tari consueuerunt. Erat etiam error eorum similiter
⁊ aduc est multorum primitiuos fructus faustos esse ⁊ fortu
natos. et etiam omnia primitiua. De primis aūt fructibꝫ ge=
mo. i. deo nature sacrificabaṫ. Et propter hoc dixit deꝰ Poma
que germinant huiusmodi ligna immunda erunt vobis tri=
bus annis. subaudi proijciens ea. nichil fauste virtutis nihil
fortune in eis credentes. ꝙ autem sequiṫ quarto anno omnes
fructus sanctificabunṫ. hoc est mundi erunt: ⁊ vestris vsibus
apti. Credebant autem ydolatre quia nisi ceri ⁊ gemo ⁊ alijs
quibusdam demonijs de primorū trium annorum fructibus
iuxta superstitionē offerrent. arbores ille vel ex toto aresce
rent. vel steriles efficerenṫ. Reliquie autem huiusmodi supsti/
tionis ⁊ apud nōnullos insipientes adhuc extant. qui prime
generationis porcellos aut canes. aut omnino proijciūt. aut
occidunt. aut vnum illorum quasi offerentes illos gemo queꝫ
diximꝰ apud nos. aut ideo fit quia mater in huiusmodi ani=
malibꝫ nutrire non sufficit primos fetus: ⁊ quia credunt non
posse viuere. de canibus vero quia credunt futuri rabidi siue
rabiosi. Iuxta hec que diximus intellige causas et vtilitates ꝓ
ceptionum et prohibitionum similium ⁊c̄.

¶ De immundicijs legalibꝫ ¶ Ca. II.

Post hec prosequemur immūdicias legales: et dicemꝰ
quia immundicias legales intelligimus. quas lex im/
mundicias reputabat et nominabat A Harum
prima erat corporalis. sicut stercoris et fimi: et ab hac voluit
deus vt se obseruaret populus hebreorum. ita etiam vt egesti
ones ⁊ purgationes ventris vnusquisqꝫ baculo fodiens abscō
deret. Et hoc pluribus de causis. Primum propter dei honorē
sicut legitur. Deutro. xxiij. Dominus deus tuus ambulat in
medio castrorum. Secundo propter prouocationem ⁊ exem
plum aliarum gentium: vt videntes populum israel declinare
immundicias: ⁊ mundicias sectari. prouocarent ad ritus et cō
suetudines ipsorum. Tercio vt honor etiam esset in castris eo
rū: vt ipsi ex hoc ipsis castris suis aliquid turpe facere vererē/
tur. Quarto salubritas contra corruptionē fetoris. Quinta ne
cessitas per quam oportebat eos esse diu in loco vno. q̄d vtiqꝫ
facere non posset tanta populi multitudo. nisi eis ab egestorū
fetore caueretur. Hac etiam de causa carnes in deserto non co
medebāt. quia fetor tot ⁊ tantorū cadauerū. tanteqꝫ carnificieꝫ

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-442/0092
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG